

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Excusacio s
cum fonte primo

Hoc enim maximum uicium est quo laborat humanitas
ut post peccatum suum ad excusacionis confugium
quasi penitudinis se confessione prosternat.
Quod facinus inter summa peccata constat esse numeratum
quia inde nascitur,
unde ad penitentiam reus tardius uenire uideatur.

Cassiodorus super illud Psalmi: Ad excusandas excusaciones in
peccatis.

Hoc enim maximum uitium est quo laborat humanitas,
ut post peccatum suum ad excusaciones confugiat,
quam paenitudinis se confessione prosternat.
Quod facinus inter summa peccata constat esse numerandum,
quia inde reuera nascitur,
unde ad paenitentiam reus tardius uenire uideatur;
sicut in libro primo regum dictum est:
Quasi peccatum ariolandi est repugnare
et quasi scelus idololatriae nolle acquiescere.

Aurelius Cassiodorus, *Expositio Psalmorum*, 140.4
(CCSL 98, M. Adriaen ed., p.1263, ll.86-93).